



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

Widmung

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**

ILLVSTRISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO,  
Domino VVILHELMO,  
Comiti Palatino Rhe-  
ni, & vtriusq; Bauariæ  
Duci &c. Domino  
suo clementif-  
simo.



VM DIVERSIS  
sæpenuerò sæcu-  
lis, Princeps Illu-  
strissime, variis he-  
reseō nouitatibus diuexata fue-  
rit Ecclesia: tùm nunquam gra-  
uiùs quã in hac mundi senecta,  
vbi rursus innumerabiles pro-  
pè pestes, quæ olim quidem nõ-  
nullum excitauerunt fumũ; sed  
tandẽ Dei miseratione fuerunt  
extinctæ, & ex omnium animis

a 2 dele-



*Ad Bauariæ Ducem V Vilhelmum*  
deletæ ex orco reuocâtur. Nam  
si memoria repetamus vesanos  
priscorum hæreticorū errores;  
comperiemus, quòd pro sæcu-  
lorum diuersitate, diuersis quo-  
que hæreseôn arietibus oppug-  
nata fuerint Ecclesiæ castra, at  
nunq̄ ferme tanto cum impetu  
ferocitateq̄; quanto nunc cum  
summo Ecclesiæ detrimento  
cernimus euenire.

Tantus est enim nostræ tem-  
pestatis hæreticorū furor & im-  
potentia, vt omnibus omninò  
errorum machinis in præfidiū  
acceritis, Ecclesiam labefacta-  
re, fidem ex Catholicorum ani-  
mis euellere, charitatem extin-  
guere, omnem Christianæ reli-  
gionis cultum euertere, ac sub  
fucò libertatis Christianæ Dia-  
bolicam quærere seruitutē mo-  
liantur; cuius rei in plerisq; re-  
gioni-



*Epistola Dedicatoria.*

gionibus nullum est aduertere modum, nullum licet prospicere aut præfagire finem.

Ac cum pleraq; oia Orthodoxæ fidei dogmata alia dilacerēt, vt Sacramenta; alia subsannent, vt Sanctorum venerationē; alia abominētur & oderint, vt imaginum vsum, & Deiparæ Virginis reuerentiam; alia aliis indignis tractent modis: nihil tamē ferè odiosius exagitāt, infestius oppugnant, acriusq; persequuntur, quàm eam, quæ Dei Angelo Sacerdoti fit, Confessionem Sacramentalem, Diuino oraculo nobis commendatam, in sacris literis cōsignatam, ab Apostolis eorumq; successoribus magna cum religione frequentatam, et in hæc vsque tempora, quasi per manus traditam & cōseruatam. Nouit enim, vt callidissimus, ita



*Ad Bauaricæ Ducem VVilhelmum*  
& infensissimus ille humani generis hostis, magno suo edocto malo, quanta iam inde à promulgato per vniuersum orbem Evangelio, per Confessionis frequentationem, apud pios Christianos regni Christi fiat accessio, & suę tyrānidis labefactatio: rursus quantū per Cōfessionis, siue contemptū, siue abrogationem incommodet Ecclesię Dei, suā verò stabiliat, ac cōfirmet.

Genes. 3.

Nec malè profectò conijcit astutissimus serpens, de quo propterea etiā Scriptura verè pronuntiat, quòd erat callidior cunctis aliis animātibus. Quæ enim insidias ipsius, quas calcaneo nostro nunquā non struit, euadēdi cōmodior via? qui opportunior & efficacior queat esse modus & ratio, iugū ipsius, sub quod nos, nullo non molimine studet cōtinen-



*Epistola Dedicatoria.*

tinēter mittere, excutiendī, quā  
illa ipsa apud Catholicos vsitata  
salutaris peccatorū Confessio?

Hæc certè est (vt virtutem &  
fructus eius paucis complectamur)  
quæ ex ipsis Diaboli faucibus  
pœnitentes eripit. Hæc est,  
quæ mortis & inferni portas  
claudit. Hæc, quæ gratiam Dei  
amissam recuperat, quæ Sancto-  
rum communioni restituit, quæ  
pudorē excitat, lachrymas elicit,  
adulteriis finem imponit, auersam  
pecuniam restituit, odiū  
extinguit, pacem conciliat, furorem  
reprimit, vitam & mores  
animi cōponit. Quæ deniq; animæ  
confert sanitatē, & salutari à  
Sacerdote accepto consilio, ad  
ea pœnitentię opera peragenda  
peccatorē excitat, quib<sup>9</sup> ab æterna  
damnatiōe & potestate Sata-  
nę liberetur. Quanta verò isthęc

Cōfessio-  
nis vtilitas



*Ad Bavariae Ducem V Vilhelmum*

Confessionis utilitas? Tanta certe, ut si nulla suffragetur nobis scripturae auctoritas, omnium Ecclesiae destituamur testimoniis, nulla extet oecumenici Synodi definitio: quiuis tamen non iniquus rerum aestimator facile deprehendat, imò fateri cogatur, eam non aliunde, quam Spiritus sancti consilio, numine & benignitate fuisse institutam, nobisque commendatam.

Quae cum non ignoret Sathanas, incredibile profectò est, quò ringatur, totusque ira & furore ardeat, tot animarum myriades, quarum exitium mirè sitit, virtute huius Confessionis, ab ipsius infidiis mundiisque illecebris tutas, & tandem omnibus tendiculis superiores, aeternae felicitatis consequi praemium. Ideoque nullum non mouet lapidem, ut hanc  
homi-



*Epistola Dedicatoria.*

hominibus exofam reddat, & si quoquo modo fieri possit, totam ex animis eorū euellat, deleat & extinguat. Hinc eam vel nō ab ipsomet Christo, sed hominibus tantū institutam, vel minū necessariam, vel non factis tutam esse, vel non secretam & auricularē esse, sed alio modo fieri debere, tum plura alia eius farinae calumniatur, & incautis hominibus, hoc solo fine, vt eos saluberrimo eius fructu spoliet, persuadere conatur.

Ego certē, cū non obscure animaduertē, imō palām ipsa res loqueretur, plurimos Sathanicis istis fraudibus circumuētos & fascinosos, à salutari hac apud Catholicos vsitata confitendi consuetudine, cum certissima propriæ salutis iactura, absterreri: Operæ precium me

a s factu-



*Ad Bauaria Ducem V Vilhelmum*

facturum putabā, si ea, quę apud probatos Catholicos Theologos, de hac tā vtili materia, hinc inde copiosè tractata legissem, in Enchiridij formam, vsui quotidiano, tam Confessariorum, quàm Confitentium magis accommodatam, quàm volumina magna esse solent, redacta, in lucem ederem, & publicè, omnibus Catholicam veritatē sitientibus, legenda proponerem.

Neque enim, vt verum fatear, eorum mihi sententia, ne dicā præposterū iudicium, probatur, qui cū ipsi vel aliis negotiis implicati, vel ignauia, aut alio animi morbo impediti sæpè, in lucē edant nihil, nec edere etiam velint, tā rigidos tamen, nemine iubente, aut exigente id ab ipsis, alienarum lucubrationum, tanta cum libertate se præbent censors,



*Epistola Dedicatoria.*

fores, vt recens editum librum, licet nondū ab ipsis lectum, imò ne extremis quidem labris degustatum, primo statim intuitu, magno supercilio ridere, respuere, condemnare audeant. Præceps hoc iudicium suum, vulgari illo Poëtæ versiculo egregiè scilicet palliâtes & excusantes:

Censores  
alienarum  
Lucubra-  
tionum.

*Tenet insatiabile multos*

*Scribendi Cacoëthes.*

Quasi verò, si rem recta reputemus via, in hac tanta Ecclesiæ desolatione, qua vndiq; à maleferiatis hominibus & errorum magistris oppugnatur, & tantū non opprimitur, non plures inuenire liceat, de quibus multò veriùs & rectiùs dixeris, quòd eos non tam scribendi, quàm nō scribendi Cacoëthes teneat. Serpit enim, imò grassatur etiã

a 6 iners



*Ad Bavaricæ Ducem VVilhelmum*

scribitur  
tauribus  
l. incipit  
nominis

iners hic feriãdi & ociãdi mor-  
bus passim, & dici vix potest,  
quantopere infestet aliquos.

Vtinam verò non plures in-  
genio & doctrina præstantissi-  
mos viros cernere liceret, quos  
cacoëthes illud non scribendi,  
vel veteranus potius sic totos cor-  
ripuit, occupatos & constrictos  
possidet, vt, si quis eos verè ta-  
lentum sibi concreditum defo-  
dere dixerit, non procul à sco-  
po aberrasse videri queat. Quid  
enim, quãso, hoc est, priorũ  
librorum nihil in lucẽ emitte-  
re, alienorũ autem Aristarchos,  
& quidem sinistros, nunq̃ non  
agere? Ipsi sanè viderint, quo-  
modo Altissimo ea de re olim  
responsuri sint. Meo autem iu-  
dicio, præclarius multò de Ec-  
clesia, de religione, de proximis  
merentur ij, qui licet nõ semper  
per-



*Epistola Dedicatoria.*

perfecta, & omnibus numeris absolutissima præstant: tamen pro ingeniorum suorum modulo, ea proferre, ac in lucem edere, quanta possunt diligentia, satagunt, ex quibus in Christi gregem aliquid utilitatis redundare posse in Domino confidunt.

Quid? Num idcirco rectè deseruerit Ecclesiastes concionandi munus, quòd aureū illud eloquentiæ flumen S. inquam Chryostomum dicendi gratia & copia superare nequeat, aut æquare? Aut manus porriget victas hæreticis, seq; murum eis opponere desinet, neq; literariis vllis oppugnabit armis: tamen, si quis se suo metiatur pede, diffidat se id præstare posse tanto argumentorum robore, & pondere, quantum illud effe-



*Ad Bauariæ Ducem V Vilhelmum*

Etum dedit Diuus Augustinus  
noster? Absit: Non enim, licet  
Virgilio inter Poëtas tribua-  
mus palmam; cæteri à scriben-  
do sunt deterriti. Neque etiam  
quia cum Cicerone tanta cum  
prudèntia, copia & ornatu dice-  
re non valemus, nec cum Peri-  
cle fulgurare & tonitruare, nec  
cum Demosthene pari splêdo-  
re & ornatu cùm verborû tum  
sentètiarum eloqui nequimus;  
continuò nobis obmutescendû  
erit. Nam, vt ille ait. Et in secun-  
dis & in tertiis consistere, quan-  
do non datur contingere sum-  
ma, etiam res est minimè pœni-  
tenda.

Liceat ergo quoq;, pace isto-  
rum bonorum virorum, nobis,  
qui non nostra, sed ea quæ Chri-  
sti sunt, non propriam, sed Dei  
gloriam, non priuatâ, sed publi-  
cam



*Epistola Dedicatoria.*

cam vtilitatem, animarum salutem, & fidei Catholicæ propagationem sc̄riptionibus nostris quærimus. Liceat, inquam, per eos, nobis, in bono hoc & sancto instituto nostro progredi. Nec inuideant nobis labores, quibus pro asserēda Dei domo, alacribus animis, & indefesso studio vires & valetudinem afficimus & exhaurimus, qui ipsis vicissim, quæ Deus eis oia fecit (si modò Deus fecit) tã nõ inuidemus, vt eis cõpatiamur etiã.

Cogitent, & vel hoc nomine à temerariis iudiciis abstineãt, quòd lucubrationes hæ nostræ, non ipsis, vtpotè magnis & doctis, sed indoctis potiùs, sed rudibus, sed paruulis Christi scriptæ & editæ sint. Iis hac nostra tenui opella seruire, & veluti lac præbere animus est.

Soli-



*Ad Bavariæ Ducem VVilhelmum*

Solidus cibus vobis perfectis,  
& adultioribus aliundè peten-  
dus est. Est Sotus, qui vobis esu-  
rientibus eum frangat; Est Me-  
dinas, est Victoria, est Hofius,  
Tapperus, Alphonsus à Castro,  
Vega, Roffensis, Viguerius, Ma-  
rianus Victorius, Polancus, Na-  
uarrus. Hui quales viri? Quan-  
ti Theologi? Quàm celebres  
Scriptores? Quorum nos cor-  
rigiam calciamentorum solue-  
re non sumus digni.

Ad hos ergo, qui desiderio  
aliquo solidioris Theologię dis-  
cendi tenetur, tanquã ad ipsam  
scaturiginem, ex qua vberiora  
promanant materiarum Theo-  
logicarũ flumina, recurrat. No-  
stra enim hæc tantũ riuuli sunt,  
si modò nostra ea dici fas est,  
quæ pleraq; omnia ex fontibus  
ijs ad nos deriuata esse liberè fa-  
temur.



*Epistola Dedicatoria.*

temur. Ex ijs cerrè hausimus. Ab ijs, & aliis etiã probatis Catholicis Theologis, quorum vestigiis libenter insistimus, quos etiam Duces & Pręceptores nostros, non ingratis profitemur: Ab ijs, inquam, didicimus, & accepimus, quicquid boni libellus hic de Confessione complectitur.

Cæterùm, Princeps Illustrissime, cùm usu atq; cõsuetudine comprobatum esse videam, vt non modò scriptorum vulgus, sed etiã præstantissimi quique, suæ industriæ fœtus insignẽ aliquem quærant Patronum, sub cuius nomine, vel tutiùs à maleuolorũ morsibus, vel gratiùs apud æquos cãdidosq; lectores emittatur in lucem: Tu vnus inter multos occurristi, cui hoc literariũ munus, vt sit primum  
meæ

meæ



*Ad Bauariæ Ducem VVilhelmum*

meæ in te beneuolentiæ & obseruantiaë testimonium qualecunque, dedicarem. Cùm enim Cels. T. Illustrissimę non minùs quàm Serenissimo Parēti, multis nominibus obligatissimus sim, dignum & iustum esse arbitratus sum, vt gratitudinē quoq; meam erga Illustriss. Cels. Tuã æquè, ac erga Dominum Parentē publicè redderē cōtestatam. Cumq; aliud nō occurreret, aut potius facultatum nostrarū tenuitas hoc tēpore dare prohiberet, munus hoc, vt huius voluntatis meę monumentum sit, transmitters placuit. Quod quidem, etiam si chartaceum tantū, & si quantitātē spectes, exiguum sit, ideoq; Illustriss. Cels. Tua indignum videri queat: longè tamen gratissimū, vel hoc nomine ipsi futurum minimè dubito,

to,



*Epistola Dedicatoria.*

to, quòd plus in recessu conti-  
neat, quàm in fròte promittat,  
adeoq; ea complectatur & tra-  
ctet, quæ Illustriss. Cels. T. sum-  
ma sua cū laude cū primis cu-  
ræ, cordiq; habet.

Quis enim nescit, eam hac sa-  
lutari Confessionis medicina,  
hoc efficacissimo contra omnis  
generis animæ morbos, qui nos,  
dum mortale hoc corpus cir-  
cumgestamus, subinde inuade-  
re solent, antidoto, hoc diui-  
nitus instituto animæ remedio,  
crebrò, & quidem deuotissi-  
mè uti solere? Vnde aliud nihil  
quàm serena mens, hilaris con-  
scientia, ardens deuotio, zelus  
fidei, animæ sanitas, consequi  
potest. Hi enim fructus, hi effe-  
ctus sunt veræ & sæpius repeti-  
tæ Confessionis. Hinc factum  
est, vt propter eos, plurimasque  
alias



*Ad Bauariæ Ducem VVilhelmum*

alias virtutes totus Catholicus orbis Illustris. Cels. T. cum nobilitate generis, tum multò maximè vera virtute illustrem, spe optima, quã de Cels. T. & rebus per ipsam p̄clarè gestis, ac præclariùs gerendis concepit, oculis ferat & intueatur.

Intuetur, inquam, & gratulatur sibi de tanti Patris, tanto Filio, tam Catholici Aui VVilhelmi, tã Catholico Nepote VVilhelmo. Et quem filium quoque suum tam pium & obsequentem nunc experitur Ecclesia Christi Catholica, sperat non modò Patronũ & Patrem, sed & propugnatorem acerrimum eius, si fortè res poscat, aliquando futurum. Hanc spem certè magna illa Illustris. Cels. Tuæ pietas, qua prædita est, ipsi minimè dubiam excitat. Hanc eandem ar-

dens



*Epistola Dedicatoria.*

dens eius deuotio erga cultum  
Diuinū alit & fouet. Hanc ipsam  
constans & flagrans eius erga  
Catholicam fidem zelus cōfir-  
mat & auget plurimū. Videt  
enim & agnoscit, Illustrissime  
Princeps, quin probat, miratur,  
& summis ad cœlum vsq; laudi-  
bus hæc in Illustrissima Cels.  
T. elucentes virtutes effert.

Ego ipse profectò Theologo-  
rum Ecclesiæ Catholicæ mini-  
mus, quoties Illustriss. Cels. Tuā  
Serenissimi Parētis sui Alberti,  
& aliorum maiorum, gloriosæ  
memoriæ, Catholicis vestigiis,  
tām constanter, tām piè, tanto-  
que zelo in hærentem mecum  
confidero, (confidero autem  
sæpenumerò) statim mira qua-  
dam animi lætitia perfundor,  
gaudeo in Domino & exulto,  
DE V Mq; Patrem misericor-  
diarum



*Ad Bavarie Ducem V Vilhelmum*

diarum ardentem precor, vt Illustris. Cels. Tuã, vnã cū Coniuge & pignoribus dulcissimis, natis natorum, & qui nascentur ab ipsis, clemēter benedicat, vt cōferuet, & viuificet, vt beatos faciat in terra, vt limites imperij vestri magis magisq; propaget. Et denique caducæ huius vitæ curriculo in Ecclesiæ Catholicæ gremio piè confecto, ad æterna regni cœlestis gaudia benignè recipiat. Quis enim Christianus ei Principi, sub cuius tegmine alarū Catholici Doctores fouētur, adeoq; ipsa Christi religio, aliàs tot periculis & telis ministrorum Satanæ exposita, variisque modis oppugnata, tutò & suauiter requiescit, nō benè precaretur?

Huius verò piæ & deuotæ voluntatis meæ quaecunque argumen-



*Epistola Dedicatoria.*

gumentum, libellum hunc de Confessione peccatorum, proprietate sua, hilari fronte suscipiat Cels. T. Illustrissime Princeps, idque ex affectu tradentis & precio rei contentæ, nō continentis paruitate, metiatur; tū semetipsam lectione ipsius, cū per occupationes licuerit, recreet, ac cōfirmet: Et Eisengreinium Sacellanum & clientulū deuotissimum & humilimum veteri beneuolentia, & clementissima volūtate cōstanter prosequi pergat. Datū Ingolstadij ex Musæo nostro, in Festo Conuersionis S. Pauli, Anno 1577.

*Illustriss. Cels. Væ.*

Hmilimus D. Sacellanus

*Martinus Eisengrein,  
S. Theologiæ Doctor.*



